Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dis cui laus est ex deo. ut. ro. ii. sp facien
da est et hec signi exterior circumcisio que cessare non
debuit. ¶ Sed contra gal. v. si circumcidimini xpc nobis
nichil proderit. ¶ Preterea ueniente perfecto frustra in
perfectum remaneret ad idem ordinatum sed baptismus perfec
tius facit hoc ad quod circumcisio ordinata erat quam circum
cisio faceret. ergo ueniente baptismo cessare debu
it. ¶ Ulterius uidetur quod nec alia legalia cessare de
buerunt. Matth. v. ut dicitur. m. v. non ueni soluere le
gem. sed implere. sed lex consistebat non tantum in
moralibus sed etiam in legalibus sacramentis. ergo non uenit
soluere ea. ¶ Preterea apud deum non est transmutatio sed
signum mutationis uoluntatis est ut preceptum quod
prius datum est si postea reuocetur. ergo cum deus sacra
menta preceperit uidetur quod cessare non debuerunt.
¶ Preterea preceptum non potest reuocari nisi per equalem uel su
periorem. sed deus numquam reuocasse preceptum legis de
sacramentis legalibus. in no. te. ergo adhuc durant.
¶ Sed contra est quod legitur. he. x. umbram habens lex futuro
rum bonorum. sed ueniente xpo legalia cessare de
buerunt. ¶ Preterea he. vii. translato sacerdotio necesse
est ut legis translatio fiat. sed in xpo translatum
fuit sacerdotium ut idem apostolus probat. ergo et legalia
cessare debuerunt. ¶ Ulterius uidetur quod tempore gratie po
terant sine peccato obseruari. omnis enim xpi actio nostra
est instructio. sed xpus tempore gratie ea obseruauit sicut in
multis patet. ergo licitum est tempore gratie ea obseruare. ¶ Preterea
tempore apostolorum etiam obseruabantur. sicut patet. act. xvi. de pau
lo qui circumcidit thimotheum et de eodem act.
xxi. qui purificatus per legem templum intrauit et oblo
tionem obtulit quod non fecisset ad uitandum scandalum. set
peccatum fuisset quia ueritas uite non est dimittenda propter
scandalum. ergo sine peccato tempore gratie obseruari poterant.
¶ Preterea omnis actus qui non est de se malus potest sine pec
cato fieri et meritorie si recta intentione fiat sed
sacrificia et circumcidi non sunt de se mala alias numquam
licita fuissent. ergo si bona intentione fiant erunt
meritoria et tamen nedum ut sint peccata. ¶ Sed contra est
quod Gal. v. si circumcidimini xpc nobis nichil prode
rit. sed omne quod impedit profectum quem pueri ex re
demptione est peccatum. ergo circumcisio tempore gratie non po
terat fieri sine peccato et per rationem nec alia sacramenta. ¶ Preterea
Gal. iiii. super illud quomodo conuertimini rursus ad egena
et infirma elementa dicit glossa. ibi dicit ieronimus ut omnes
dat quod non distat inter lex post xpm ab antiquis ydolo
latria. sed ydolatria numquam potuit obseruari sine peccato ergo
nec legalia post xpm. ¶ Ulterius uidetur quod uos non te
neamur ab aliqua legalia obseruare tenemur
etiam ad seruanda precepta. no. te. sed statuta ecclesie
sed preceptum apostolorum in no. te. fuit de quibusdam legali
bus obseruandis. act. xv. uisum est spiritui sancto et nobis
ut abstineatis ab ymolatis simulacrorum et sanguine

ne et suffocatis et fornicatione ergo adhuc tene
mur ad hec legalia seruanda. si dicatur quod fuit per
missio apostolorum pro tempore illo. ¶ Contra. glo. idem dicit
hec esse necessaria. sed necessaria sunt. sed in quibus non est salus
et de quibus non est permissio sed preceptum ergo adhuc ser
uare tenemur. si dicatur quod per paulum reuo
catum est cum dicitur. thimo. iiii. nichil est reicien
dum quod cum gratiarum actione percipitur. ¶ Contra inferior non
potest precepta superioris reuocare. sed paulus inferior
fuit quam totum apostolorum collegium uniuersaliter congrega
tum ergo non potuit reuocare. ¶ Sed contra. pe. idem
dicit quod per gratiam xpi saluari. in le. no. sed in homine
leg. sicut et patres nostri. unde hoc iugum non est fideli
bus imponendum. sed hoc preceptum est obseruatio cerimo
nialium ergo ad ea seruanda non tenemur. ¶ Solutio
dicendum ad. i. q. quod cum uenerit quod perfectum est euacuari debet
est si ad idem ordinatur. quia gratia non facit per duo
quod per unum potest facere. sicut nec natura. circumcisio autem in
perfecta erat respectu baptismi triplici. ¶ Primo quia ad significationem quia
non ita signabat expresse emundationem totius hominis ab in
mundicia culpe originalis sicut ablutio baptismi. ¶ Secundo
quo ad efficaciam quia non ita habundans gratia ad operandum et
reprimendum fomitem in circumcisione dabatur sicut in
baptismo. ¶ Tertio quo ad utilitatem quia non erat ei utilitas
in communis sicut baptismus. cum haberet determinatum sexum et deter
minatum tempus. quod in baptismo non accidit et ideo adue
niente tempore plenitudinis debuit cessare et re baptismus in
substituto. ¶ Ad. i. ergo dicendum quod etiam accipitur hic pro
sectorum quod habet quandam finem. sed non est determinatus no
bis. uel dicendum quod etiam circumcisio carnalis potuit esse infec
ctiua. quo ad signum significat et quo ad id quod ei succe
dit. sicut et fides potest semper dici manere ratione ui
sionis que ei succedit in patria. ¶ Ad. ii. dicendum quod quam
uis cum lege non incepit circumcisio. tamen per legem
incepit. q. leg. preparatorium et ideo cessante le
ge cessare debet. ¶ Ad. iii. dicendum quod principalis signifi
catio ad quam circumcisio instituta est ablutio originalis cul
pe est quia sacramentalis significatio refertur ad effe
ctum hoc autem non semper faciendum erat per circumcisionem
et ideo non oportebat quod circumcisio permaneret semper. ante adsi
ergo est ex consequenti erat illam non oportet accipi iudicium
de duratione circumcisionis. et iustificationis autem se
si ergo numquam fuit ad significandum adeo ut effectum ei
et ideo non est similis ratio. ¶ Ad. ii. q. dicendum quod triplex
erat principalis ratio cessationis legalium una est quia
lex instituta fuit ad significandum gratiam. no. te. que per
xpm facta est et ideo adueniente xpo cessare debu
erunt. sicut ueniente corpore cessat umbra et hanc
causam tangit apostolus he. x. umbra enim lex futurorum etc.
¶ Alia ratio est ex impositione. quia in legalibus gratia non con
ferebatur. quod oportebat in no. te. dari sicut enim
uirtus naturalis illi rei proportionatur in uirtu